



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

De S. Marcello Ce[n]turione & martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

O C T O B E R.

1080

venerata ciuibus celi. Sic denique Christus manifestauit eam seculo huic, ut quæ erat iam apud eum glorificata in celis, etiam apud homines honoraretur in terris. Erat igitur homo quidam, qui prefatam solitudinem ab Angelo simul & beata Ermelende Meldricem vocatam cum transiret, contigit Deo disponete, ut longius ire nequirit. Media autem noctis hora apparuit tumulus virginis solis claritate lucidior, audiuitque Angelos psallentes. Apparente autem luce diei, disparuit visio caelestis: sed odor nimia suavitatis in eodem loco permanxit. Post hæc predictus vir deuotus, peracto negocio, ad predictum rediit locum, atq; ad tumulum sui signi secundò deuotissimè excubauit: nec frustratus est spe sua. Nam pius Dominus iterum dignatus est illi reuelare glorificationem sponsæ suæ. Quam enim apud se glorificauerat in celis, disponebat & magnificare in terris. At ille Domini voluntate certior effectus, surgens manè latus, agensque Deo gratias, inquit: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Et statim reuersus ad propria, omnibus quæ sui iuris erant assumptis, super tumulum virginis capellam fabricauit, ibique cum sobrietate viuens, finem dierum in pace fortitus est.

Sepultura
cius cuidam
deuoto viro
reuelatur.

Gen. 28.

Elevatio si
ue inuentio
corporis ei?

Iohan. 14.

Multa ad
eius sepul-
crum ini-
racula.

Audientes igitur populi quod gestum erat, conuenierunt ad locum, corde & animo concinentes hanc antiphonam: Tua sunt hæc Christe opera, qui sanctos tuos ita glorificas &c. Statimque aperientes terram, apparuit sarcophagus, in quo iacebat inuiolata virginis corpus. Et subito tanta sanitatum emanauit copia, ut ei congruerer aptari posset, quod Dominus in Euangeliō dicit: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Nam cæcis visus, surdis auditus, claudis gressus, omnibus quoq; piè pulsantibus salus & incolumentis reddebarunt. Dæmones etiam ex obsessis corporibus egredientes, expulsione sua virginis meritum inuiti prodeabant. Denique quicunque sepulcrum eius fideliter tetigisset, sanus siebat à quacunque detinebatur infirmitate. Odore virtutum eius commoti, ex longinquis regionibus superueniebant viri cum mulieribus, & virgines delicatae, nudis pedibus misericordiam Domini implorantes. Per meritum autem beata virginis Ermelendis gratiam Dei sibi affuisse sentiebant: læti & alacres remeantes ad propria, Amen.

MARTYRIVM S. MARCELLI CENTVRIO- NIS ET MARTYRIS, VT HABETVR IN ANTIQVIS MS. libris, quibus antiquissima Martyrologia consentiunt.

Octobr. 30.

S. Marcellus
palam con-
fiteretur Chri-
stum.

Vitis, gesta-
men est cen-
turionis.

Ducitur ad
tribunal
Agricolani
præfecti.



N ciuitate Tingitana, procurante Fortunato præside, aduenit natalis Imperatoris. Denique cum omnes in coniunctiis epularentur, Marcellus quidam ex centurionibus profana refutans conniuia, reiecto etiam cingulo militari, coram signis legionis, quæ tunc aderant, clara voce testatus est: Iesu Christo Regi æternō milito: amodò militare Imperatoribus vestris desisto: sed & deos vestros ligneos & lapideos adorare contemno, quia sunt idola surda & muta. Stupentes autem milites ista audientes, apprehensum eum in custodiā conicerūt, & euntis nunciauerunt Præsidi. At ille hæc audiens, iussit cum recludi in carcere: finitisque epulis residens in consistorio, introduci eum ad se præcepit: introductoque Marcello ex centurionibus Astasianus Fortunatus Præses ei dixit: Quid tibi visum est, ut contra disciplinam militarem te discingeres, & balteum ac vietem proijceres? Marcellus respondit: Iam die duodecimo Calendarum Augustarum apud signa legionis istius, quandò diem festum Imperatoris vestri celebrâstis, publicè clara voce respondi me Christianum esse, & sacramento hinc militare non posse, nisi Iesu Christo filio Dei patris omnipotentis. Fortunatus præses ei dixit: Temeritatem tuam dissimulare non possum, & ideò perferam Imperatoribus & Cæsari ipsi. Sanus transmittérēs ad dominum meum Aurelianum Agricolanum, agentem vices præfectorum prætorio.

Die tertia Calendarum Nouembrium Tingitanam introducto Marcello ex centurionibus, ex officio dictum est: Marcellum ex centurionibus Præses ad tuam potestatem transmisit. Præstò est epistola super nomen eius, quam, si præcipis, recito. Agri-

Agricolanus dixit: Recitetur. Ex officio dictum est: Miles hic, reiecto cingulo militari, Christianum se esse testatus, coram omni populo in deos & in Cæsarem multa blasphemata locutus est. Ideò eum ad te direximus, ut quod ex eodem claritas tua sanxerit iubeas obseruari. Recensitis itaque epistolis, Agricolanus dixit: Locutus es hac apud aëta præsidis? Marcellus dixit: Locutus sum. Agricolanus dixit: Centurio ordinarius militabas? Marcellus dixit: Militabam. Agricolanus dixit: Quo furore ausus es, ut proi ceres sacramenta, & talia loquereris? Marcellus respondit: Furor nullus est in eis, qui timent Dominum. Agricolanus dixit: Singula hæc locutus es, quæ actis præsidialibus continentur? Marcellus respondit: Locutus sum. Agricolanus dixit: Projecisti arma? Marcellus respondit: Projeci. non enim oportet Christianum ho- Sichæ acci-
minem molestijs secularibus militare, qui Christo militat. Agricolanus dixit: Ita se pe, vt illud
habent facta Marcelli, ut hæc disciplina debeat vindicari. Atque ita in Marcellum, qui Apostoli 2.
centurio ordinarius militabat, qui abieco publicè sacramento, polluisse se dixit, & mo militæ
insuper apud aëta præsidis alia verba furore plena depositit, animaduerti placet. Qui Tim. 2. Ne-
cùm ad supplicium duceretur, dixit Agricolanus: Nè tibi Deus benefaciat. sic enim Deo, impli-
decebat martyrem de hoc mundo discedere. Et his dictis, capite cæsus occubuit pro cat se nego-
nomine Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, Amen. ribus.
Capite cæ-
ditur.

MARTYRIVM SANCTI MARTYRIS ZE- NOBII, ET ZENOBLIAE EIVS SORORIS,

*Authore Simeone Metaphraſte. Est in
tomis Aloysij.*

AEGAE est ciuitas, qua sita quidem est in finu Ionico, ha- Octobr. 90.
bitatur autem à Cilicibus: cuius ea pars quidem, qua Cap. 1.
vergit ad continentem, non est magna: latam autem &
porrectam in satis magnam latitudinem propinquæ maris
portus excipit. Et tulit beatum Zenobium, natum ex pīs
parentibus, radicis bonæ re vera bonum germen. Qui
cùm deceſſissent, is relictus fuit apud patruum. Patruus
vero, cùm esset re vera vir diuinus, & virtutis studiosus,
videns puerum ritè sequentem paternam pietatem, &
quomodo vniuersæ eius hæreditatis, ita etiam virtutis
factum esse hæredem, affini sua Teclæ cum despondit,
par Deo gratum propter pietatem, & insigne bonis omnibus operibus. Ex eis ergo Parætes be-
natus est Zenobius: deinde etiam soror eius Zenobia. (hoc enim eis nomen imposi- atorū Zeno-
tum fuit a parentibus) sanctum par, rami fertiles spiritualibus operibus. bij & Zeno-
bia.

Cum autem egregius Zenobius iam ad ephebi peruenisset atatem, eis quidem Cap. 2.
moriuntur parentes: consumuntur verò facultates, partim quidem in ventres pau- perum, partim autem ad curam infirmorum. Tam pulchrè enim medicinam didice- Zenobij
rat Zenobius, & in ægrotos ostendebat tantam miraculorum effectiōnem, vt nec virtus in
solum quidem eius manus contactum possent morbi sustinere, sed eius sola fugaren- depellendis
tur præsentia. Hoc autem non erat opus artis, sed donum gratiæ, & præmium virtutis. Zenobij
Non solum autem sanitatis, sed etiam victus erat suppeditator Zenobius: & omni- bus, qui ad ipsum accedebant, suppeditabat tam quæ ad morbi pertinebant curatio- nem, quam quæ ad alimentum corporis, quo cunque morbo detinerentur, & quibus- cunque cibis opus haberent. Quinetiam non solum dabat gratis, sed etiam ipsum præceptum longo interuallo supererabat. Nam præceptum quidem dicit: *Gratis ac Matth. 10.*
cepitis, gratis date: Ille autem præter medicinam adiungebat etiam alimentum Duplex be-
ægrotorum, non solum gratis curans, sed etiam cum curatione præbens incedem: neficiū con- fectæ ægris.
Talis quidem sacrosanctus Zenobius obtigit Cilicum regioni, quo tempore Impe-
rator Romanorum, deditus simulacris & impia ac falsa religioni, mortuus est in im-
pijs dogmatibus. Sed illius quidem tam imperij, quam furoris in Christianos, relictus
est hæres Diocletianus. Statim autem Lysiam præficit Ciliciæ, qui & ad cruciadum
erat violentissimus, & ad alliciendum blanditijs maxima vi præditus. Ille autem cùm
venisset ad Mopsi urbem, excitat persecutionem aduersus Christianos, eamque gra-
tissimam, & maximè horribilem. Tres autem numero adolescentes, Claudio, Astero- Claudio,
sterius & Neon, fuerunt etiam exerciti in illa persecuzione: quos tulit quidē Isauria, Asterius &
Neon, mar- Larantyres.

Yyy

Laran-